sesquitertiae comparationi copulentur. Iuncta vero consonae cum aequisonis aliae efficiunt consonantias.
ut diapente ac diapason in triplo. diatessaron ac diapason in ea proportione quae est octo ad tres.
Emmelis autem est quae diapente ac diatessaron dividunt ac duplicem ut tonus ceteraeque
proportiones de quibus paulo posterius in divisione tetrachordorum loquemur simpliciter earum scilicet partes.

QUE SINT AEQUISONE · QUE CONSONE · QUE EMMELES

XII Igitur aequisone quidem sunt diapason ac bis diapason. quoniam earum temperamento mixturaque unus ac
simplex quodammodo efficitur sonus. Consonantiae autem sunt primae quidem in superparticula
ribus sesqualtera et sesquitertia id est diapente ac diatessaron et diapason ac diapente.
et diapason ac diatessaron haec est composite atque communes ex aequisonis et consonantibus. Em
melis autem reliqui quidem has ponit post ut in diatessaron ac diapente differentia ton
iungitur que quodammodo aequisone quidem consonantibus ut diapason ex diatessaron: primae [margin: primae ac diapente. Consonantia quidem. et bis quae emmelis soni vocantur. ut a de diapente et diatessaron.]
tonis ceterisque posterius dicendis proportionibus. Sed quoniam in eo quidem horum omnium
proportio colligi possit ex eo loco sumendum est quem quarto volumine in fine descripsimus.
ubi nervus super semis pheria tendebatur. Ibi enim deprehenditur aequisonatio diapason ac bis
diapason. et consonantiae simplices diapente ac diatessaron. et consonantiae compositae dia
pason ac diapente. et diapason ac diatessaron. et quae emmelis soni ut in toni differen
tia consistentes.

QUEMADMODUM ARISTOXENUS INTERVALLA CONSIDERET

XIII Quid vero de his Aristoxenus sentiat breviter aperiendum est. Ille enim quoniam minime trac
tatum rationi committit sed aurium iudicio permittit. ideo voces ipsas nullis nume
ris notat ut earum colligat proportiones. sed earum in medio differentiam sumit. ut specula
tionem non in ipsis vocibus sed in eo quod inter se differunt collocet. nimium inprovide qui differen
tiam se scire arbitretur earum vocum quarum nullam magnitudinem mensuramve cons
tituat. Hic igitur et diatessaron consonantiam duorum tonorum ac semitonii esse proponit.
et diapente trium tonorum ac semitonii. et diapason sex tonorum quod fieri non posse
superioribus voluminibus demonstratum est.

DESCRIPTIO OCTOCHORDI QUA OSTENDITUR DIAPASON CONSONANTIAM MINOR ESSE SEX TONIS.

XIIII Docet autem Ptholomeus per cuiusdam octachordi divisionem diapason intra sex tonos
cadere hoc modo. Intendantur enim octo chordae id est A B C D E F G H. fiantque sexs
qui octava AK eiusque est BL et BL eiusque est CM. Et CM eiusque est DN. et DN ei
quae est EX. et EX eiusque est FO. et FO eiusque est GP. Erunt igitur sex toni. Et rursus
H dividatur nervus medius ad R. erit igitur AK dupla ab eo quod est HR. Pulsis igitur simul.